

370
ORATIONES CONTRARIÆ
PERSEI ET DEMETRII FILIORVM

Philippi Macetum regis: Persei accusantis fra-
trem Demetrium parricidij, & Demetrii de-
fendentis, & ante vtramq; Philippi patris
quasi prologium, ex T. Liuij lib. XL.



PARISIIS,

ETypographia Steph. Preuosteau,

In coll. Cameracensi.

cIo IocIV.

iii.

ORATIONES CONTRARIÆ
PESSE ET DEMETRII FILIORVM
Philippi Maccæum regis: Perici accusantis frat-
rem Demetrium patricidij, & Demetrii de-
fendentis, & ante utramque Philippi parit
quasi prologium, ex T. Livi lib. XL.



PARISIIS.
E Typographia Steph. P. reuolcan,
In coll. Cameracensi.
clo Iscl. V.



ORATIONES CONTRARIÆ

Persei & Demetrii filiorum Philippi

marcedonum *ut quarto dicitur in libro 10*

Macerum regis ex T. Liuij lib. XL.

Perseus cum indies magis cerneret
fauorem dignitatemque Demetrii
fratris apud Macedonum multitu-
dinem crescere, & gratiam apud Rom. sibi
spem nullam regni superesse, nisi in scelere ra-
tus, ad id vnum omnes cogitationes intendit.
ceterum cum se ne ad id quidem, quod mu-
liebri cogitabat animo, satis per se validum
crederet: singulos amicorum patris tentare
sermonibus perplexis institit. & primo quidam
ex his, aspernantium tale quicquam speciem
præbuerunt, quia plus in Demetrio spei po-
nebant. Deinde crescente indies Philippi odio
in Romanos, cui Perseus indulgeret, Deme-
trius summa ope aduersaretur, prospicientes
animo exitum incauti à fraude fraterna iu-
uenis, adiuuandum quod futurum erat rati,
louendamque spem potentioris, Perseo se ad-
iungunt. Cetera in suum quæq; tempus agen-
da differunt. in præsentia placet, omni ope in

ut peroratur in libro 10

quod dicitur in libro 10

ut peroratur in libro 10

*In quibusdam conditionibus
illa ope agenda non
possunt*

ORATIONES

4. ^{4. Philippus in flammam sub bonum facit} Rom. accendi regem, impellique ad consilia belli, ad quæ iam sua sponte animum inclinasset. simul ut Demetrius indies suspectior esset, ex composito sermones ad spem Rom. trahebant. ibi cum alij mores & instituta eorum, alij res gestas, alij speciem ipsius urbis nondum exornatæ neque publicis neque priuatis locis, alij singulos principum eluderent: iuuenis incautus & amore nominis Rom. & certamine aduersus fratrem, omnia tuendo suspectum se patri, & opportunum criminibus faciebat. itaque expertem eum pater omnium de reb. Romanis consiliorum habebat totus in Persea versus, cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat. Redierant, quos forte miserat in Bastarnas ad accersenda auxilia: adduxerantque inde nobiles iuuenes, regi quorundam generis, quorum vnus sororem suam in matrimonium Philippi filio pollicebatur: exheratque consociatio gentis eius animum regis. Tum Perseus: Quid ista prosunt? inquit, nequaquam tantum in externis auxiliis est praesidium, quantum periculi fraude domestica. proditorem nolo dicere, certe speculatorem habemus in sinu: cuius, ex quo obses Roma fuit, corpus non

Libri 5. 4. in Sab. Cam
ad spiritum in uirtute
Infoluntate in uirtute
Forum alij spiritus alij
spiritus in uirtute

Leuandus puto in
in uirtute in uirtute
Leuandus in uirtute
aut in uirtute
aut in uirtute
eo non odore in uirtute

alibi Bastarnas

In

4. 4. in uirtute in uirtute
in uirtute in uirtute

CONTRARIÆ.

his reddiderunt Romani, animum ipsi habent.

Omniū pene Macedonū in eum ora conuersa
sunt, nec regem se alium habituros aiunt, quam

quem Rom. dedissent. His per se ægra mens se-
nis stimulabatur, & animo magis quam vultu

ea crimina accipiebat. Forte iulfrandi exerci-

tus venit tempus: cuius solenne est tale: Caput

medix canis præcifixæ, & prior pars ad dextram

cum extis, posterior ad leuam viæ ponitur.

inter hanc diuisam hostiam copiae armatae tra-

ducuntur. præferuntur primo agmini arma
inferis omnis ab ultima origine Macedonia

insignia omnia ab vltima origine Macedoniae
regum deinde rex ipse cum liberis sequitur

regum, deinde rex ipse cum liberis sequitur
facta est amplexus regis et filiorum suorum et helena
 proxima est regia cohors custodisque corpo-

proxima est regia cohors custodelique corporis
Ty nonum Annagnum Annagnum Annagnum Annagnum
 ris: postremum agmen Macedonum cætera

multitudo claudit. Latera regis duo filij iuue.

multitudo claudit. Latera regis duo in i iude
^{perhibebant}
 nescingebant, perseus iam tricesimum annum

agens, Demetrius quinquennio minor, medic

iuuentæ robore ille, hic flore: fortunati patri

matura foboles, si mens lana furlet. Mos era

Illustrationis, sacro peracto exercitum decur

tere, & diuinas bifariam duas acies concurre

read simulachrum pugnae. regij iuvenes du

ges ei ludicro certamini dati. cæterum non

imago fuit pugnae, sed tanquam de regno di

A ij

ORATIONES

6
 micaretur, ita concurrerunt: multaque vul-
 nera ludibus facta, nec præter ferrum quicquid
 defuit ad iustam belli speciem. Pars ea quæ sub
 Demetrio erat, longe superior fuit. id aggre-
 patiente Perseo, lætari prudentes amici eius,
 eamq; rem ipsam dicere præbituram causam
 criminandi iuuenis. Conuiuium eo die sode-
 lum qui simul decurrerant, vterque habuit:
 cum vocatus ad coenam ab Demetrio Perseus
 negasset, festo die inuitatio benigna & hilari-
 tas iuuenilis utroq; in vinum traxit. comme-
 moratio ibi certaminis ludici, & iocosa dicta
 in aduersarios: ita vt ne ipsis quidem ducibus
 abstineretur, iactabantur. ad has excipiendas
 voces speculator ex conuiuiis Persei missus, cu-
 incautior obuersaretur, exceptus a iuuenibus
 forte triclinio egressus male mulctatur. Huius
 rei ignarus Demetrius, quin comestatum, in-
 quit, ad fratrem imus? & iram eius, si qua ex
 certamine residet, simplicitate & hilaritate
 nostra lenimus? omnes se ire conclamarunt
 præter eos qui speculatoris ab se pulsati præ-
 sentem vltionem metuebant, cum eos quoq;
 Demetrius traheret, ferrum veste abdiderunt,
 quo se tutari, si qua vis fieret, possent. Nihil

non tam amplius inuenio
 aut menti mod. bantur

Sol accipienda

Sol Mulctatur

Sol committatur

CONTRARIA.

373

Latet potest in ista discordia potest: vtra-
 que domus speculatorum & proditorum ple-
 na erat. præcurrit index ad Persea, ferro suc-
 cinctos nuncians cum Demetrio quatuor ado-
 lescentes venire. ethi causa apparebat (nam ab
 iis pulsatum compinam suum audierat) tamen
 infamandæ rei causa ianuam obserari iubet:
 & ex parte superiore adium, versisque in viam
 fenestris, comessatores tanquam ad cædem
 suam venientes aditu ianuæ arcet. Demetrius
 per viam quod excluderetur paulisper voci-
 teratus, in convivium redit, totius rei igna-
 rus. Postero die Perseus quum primum con-
 veniendi potestas patris fuit, regiam ingres-
 sus, perturbato vultu in conspectu patris taci-
 tus procul constitit, cui cum pater: *Satin' sal-
 na?* & *quenam ea mæstitia esset?* interrogaret
 eum. De lacro tibi, inquit, vivere me scito. iam
 non occultis a fratre petimur insidijs. nocte cum
 armatis domum ad interficiendum me venit:
 clausi, ioribus, parietum presidio me a furo-
 re eius sum tutatus. Cum pavorem missum ad-
 miratione patri iniecisset: Atque si aures prabe-
 re potes, inquit, manifestam rem teneas, faciam.
 Enimvero se Philippus dicere auditurum, vo-

Ita omnino legimus
 totum quam peritiam

alij legimus peritiam

Ita melius quam
 nonnulli cauditer habent
 de ludicio

carique extemplo Demetrium iussit: & senio-
 res duos amicos, expertes inter fratres certa-
 minum, infrequentes iam in regia, Lysima-
 chum & Onomastum accersit, quos in consi-
 lio haberet. Dum veniunt amici, solus, filio
 procul stante, multa secum animo volutans,
 inambulavit. posteaquam venisse eos nuncia-
 tum est. secessit in partem interiorum cum
 duobus amicis, totidem custodibus corporis
 filijs ut ternos inermes secum introducerent,
 permisit. Ibi cum consedisset: *Sedeo, inquit,*
miserrimus pater index inter duos filios, ac-
cusatorem parricidij, & reum, aut confecti
aut admissi criminis labem apud meos inveni-
rus. Iampridem quidem hanc procellam immi-
nentem timebam, cum voces quasdam exaudi-
rem: sed interdum spes animum subibat, defla-
grare iras vestras, purgari suspiciones posse
etiam hostes armis positis fœdus icisse, & pri-
uatim multorum simultates finitas, subituras
vobis aliquando germanitatis memoriam, pue-
rilis quondam simplicitatis consuetudinisque
inter vos, meorum denique praeceptorum: qua-
vereor nevana surdis auribus cecinerim. Quo-
 ties ego audientibus vobis detestatus exempla di-
 cordiarum

CONTRARIÆ.

9

374

cordiarum fraternarum, horredos euentus eoris
 retuli? quibus se, stirpémque suam, domos, re-
 gna funditus euertissent? meliora quoque exem-
 pla parte altera posui. Sociabilem consortionem
 inter binos Lacedæmoniorum reges, salutarem
 per multa secula ipsis patriæque eandem ciuita-
 tem, posteaquam mos sibi cuique rapiendi ty-
 rannidem exortus sit, euersam. iampos, Eume-
 nem Attalimque fratres, a quam exiguis re-
 bus, prope ut puderet regy nominis: mihi, An-
 tiocho, & cuilibet regum huius ætatis, nulla re
 magis quam fraterna vnanimitate regnum æ-
 quasse, ne Romanis quidem exemplis abstineri,
 que aut visa, aut audita habebam: T. & L.
 Quintiorum, qui bellum mecum gesserunt: P. et
 L. Scipionum, qui Antiochum deuicerunt: pa-
 tris patriæque eorum, quorum perpetuam vita
 concordiam mors quoque miscuit: neque vos il-
 lorum scelus, similisque sceleri euentus detertere
 a recordi discordia potuit: neque horum bona
 mens, bona fortuna, ad sanitatem flectere. Vi-
 uo, & spirante me hæreditatem meam ambo &
 spe & cupiditate improba, crenistis. eoque me
 viuere vultis, donec alterius vestrum superstes,
 haud ambiguum regem alterum mea morte fa-

B

R F E R

ciam, nec fratrem nec patrem potestis pati. ni-
 hil chari, nihil sancti est, in omnium vicem regni
 unius insatiabilis amor successit. Agite conse-
 lerate aures paternas: decernite criminibus
 mox ferro decreturi: dicite palam quicquid au-
 veri potestis, aut comminisci libet. reserata au-
 res sunt, quæ posthac secretis alterius ab altero
 criminibus clauduntur. Hæc furēns ira cum
 dixisset, lachrymæ omnibus oborta, & diu
 moestum silentium tenuit. Tum Perseus: Ape-
 rienda nimirum nocte ianua fuit, & armati
 comessatores accipiendi, præbendumque ferro
 ingulum, quando non creditur nisi perpetratum
 facinus; & eadem petitus insidijs audio, quæ la-
 tro atque insidiator. non nequicquam isti unum
 Demetrium filium te habere, me subditum &
 pellice genitum appellant. nam si gradum, si cha-
 ritatem filij apud te haberem: non in me queren-
 tem deprehensas insidias, sed in eum qui fecisset,
 fauores: nec adeo tibi vilis vita esset nostra, ut
 nec præterito periculo meo mouereris, neque fu-
 turo, si insidiantibus sis impune. itaque si mori
 tacitum oportet, taceamus, precatit tantum Deos,
 ut a me coeptum scelus in me finem habeat, nec
 per meum latus tu petaris. sin autem, quod cir-

CONTRARIA.

375

In solitudine natura ipsa subiicit, ut
 cunctis in solitudine natura ipsa subiicit, ut
 hominum quos nunquam viderint, fidem ta-
 men implorent, mihi quoque ferrum in me stri-
 ctum cernenti, docem mittere liceat, per te, pa-
 triumque nomen, quod vtri nostrum sanctius
 sit, iam pridem sentis. ita me audias, precor, tan-
 quam si voce & comploratione nocturna excitus
 mihi queritanti interuenisses: Demetrium cum
 armatis nocte intempesta in vestibulo meo de-
 prehendisses, quod tum vociferarer in re presen-
 ti, pauidus, hoc nunc postero die queror. Frater,
 non commessantium in vicem iam diu viuimus
 inter nos, regnare utiq; vis, huic spei tua obstat
 aetas mea, obstat gentium ius, obstat vetustus
 Macedonia mos, obstat vero etiam patris iudi-
 cium, huic transcendere nisi per meum sangui-
 nem non potes. omnia moliris & tentas adhuc
 securi mea, seu fortuna restitit parricidio tuo.
 Hesterni die in lustratione & decursu & simu-
 lachro ludicro pugnae funestum prope praelium
 fecisti, nec me aliud a morte vindicauit, quam
 quod me ac meos vinci passus sum. ab hostili pra-
 edo tanquam fraterno lusu pertrahere me ad coe-
 nam voluisti. Credis me, pater, inter inermes
 conuiuas cenaturum fuisse, ad quem armati co-

In summo discrimine
 plorando offlagitem

iniquitatem quam
 supra me
 mihi fuisse

Et cum uno non
fuit in campo
me p. d. p. r. d. m.

messatum venerunt? credis nihil a gladiis nocte
periculum fuisse, quem sudibus te inspectante
prope occiderunt? Quid hoc noctis, quid inimi-
cus ad iratum, quid cum ferro succinctis iuue-
nibus venis? conuiuiam me tibi committere ausus
non sum: comessatorem te cum armatis venien-
tem recipiam? Si aperta ianua fuisset, funus meu
parares hoc tempore pater, quo querentem au-
dis. Nihil ego si tanquam accusator crimino-
se nec dubia argumentis colligendo ago. quid enim
negat se cum multitudine venisse ad ianuam
meam? an ferro succinctos secum fuisse? quos
nominauero accerse. possunt quidem omnia au-
dere, qui hoc ausi sunt, non tamen audebunt ne-
gare. si deprehensos intra limen meum cum fer-
ro ad te deducerem, pro manifesto haberes, fa-
tentes pro deprehensis habe. Execrare nunc cu-
piditatem regni, et furias fraternas concita.
sed ne sint caca pater execrationes tuae, discerne
et dispice insidiatorem, et petitem insidiis: no-
xium huic esse caput, qui occisurus fratrem fuit,
habeat etiam iratos paternos Deos: qui periturus
fraterno scelere fuit, perfugium in patris mise-
ricordia et iustitia habeat, quo enim alio con-
fugiam? cui non solenne lastrale exercitus tui,
non decursus militum, non domus, non epulae,

CONTRARIÆ.

13

376

non nox ad quietem data natura beneficio mor-
 talibus, tuta est? si iero, ad fratrem inuitatus,
 moriendum est, si recepero intra ianuam comes-
 satum fratrem, moriendum est. nec eundo, nec
 manendo insidias euito. quo me conferam? nihil
 præter Deos, pater, & te colui, non Romanos ha-
 beo, ad quos confugiam, perisse expetunt, quia
 tuus iniurijs doleo, quia tibi ademptas tot urbes,
 tot gentes, modo Thracia maritimam oram in-
 dignor. nec me, nec te incolumi, Macedoniam
 suam futuram sperant: si me scelus fratris, te
 senectus absumpserit. aut nec ea quidem expecta-
 ta fuerit, regem regnumque Macedonia sua fu-
 tura sciunt. Si quid extra Macedoniam tibi
 Romani reliquissent, mihi quoque id relictum
 crederem receptaculum. At in Macedonibus sa-
 tis præsidij est. Vidisti hesterno die impetum in
 me militum. quid illis defuit, nisi ferrum? quod
 illis defuit interdiu, conuiuæ fratris noctu as-
 sumpserunt. Quid de magna parte principum
 loquar? qui in Romanis spem omnem dignitatis
 & fortune posuerunt, & in eo qui omnia apud
 Romanos potest. neque Hercule istum mihi tan-
 tum fratri maiori, sed prope est, ut tibi quoque
 ipsi regi & patri præferant: iste enim est, cuius

non possumus quo Iacobus
 confugiam
 Europa & Asia quæ impio
 tuo pariter sunt successu
 Iacob tractum Iacob tractum
 mada Iacob tractum
 do te stante de Macedonia
 o stumenda despicam
 fratricidio quidem

quæ longe a se oportet

ORATIONES

14

beneficio poenam tibi senatus remisit, qui nunc
te ab armis Romanis protegit, qui tam senectutem
obligatam & obnoxiam adolescentia suae esse
aquum censet. pro isto Romani stant, pro isto omnes
urbes tuo imperio liberatae. pro isto Macedones,
qui pace Romana gaudent: mihi prae te
pater, quid usquam aut spei aut praesidii est? Quo
spectare illas literas ad te nunc missas T. Quintius
credis? quibus & bene te consuluisse rebus tuis
ait, quod Demetrium Romam miseris: & hor-
tatur ut iterum & cum pluribus legatis, & pri-
moribus quoque Macedonum remittas eum. T.
Quintius nunc est auctor omnium rerum isti
magister. eum sibi, te abdicato patre, in locum
tuum substituit. illic ante omnia clandestina con-
cocta sunt consilia. queruntur adiutores consi-
lius, cum te plures & principes Macedonum cum
isto mittere iubet, qui hinc integri & sinceri Ro-
manum eunt, Philippum regem se habere creden-
tes, imbuti illinc & infecti Romam delinimen-
tis redeunt. Demetrius is unus omnia est, eum
iam regem viuo patre appellant. Haec si indignor
audiendum est statim non ab aliis solum, sed
etiam a te pater, cupiditatis regni crimen. ego
vero, si in medio ponitur, non agnosco. quem

affertur quod affertur

lia, pater, praecipit accusator. Simulatis
 lachrymis in alterius perniciem, veras meas la-
 chrymas suspectas tibi fecit. cum ipse ex quo ab
 Roma redij per occulta cum suis colloquia dies
 noctesque insidietur, ultro mihi non insidiatoris
 modo, sed latronis manifesti & percussoris spe-
 ciem induit. Periculo suo te exterret, ut innoxio
 fratri per eundem te maturet perniciem, perfu-
 gium sibi nusquam gentium esse ait, ut ego ne
 apud te quidem quicquam spei reliqua habeam,
 circumuentum, solum, inopem, invidia gratia
 externa, quae obest potius quam prodest, onerat.
 Tam illud quam accusatorie & quod noctis huius
 crimen miscuit cum cetera in seclatione vitae meae
 ut & hoc, quod iam quale sit scies, suspectum
 alio vitae nostrae tenore faceret, & illam vanam
 criminationem spei, voluntatis, consiliorum
 meorum, nocturno hoc ficto & composito argu-
 mento fulciret simul & illud quae sit, ut repen-
 tina & minime preparata accusatio videretur.
 quippe ex noctis huius metu & tumultu repen-
 tius exorta. Oportuit autem Perseu, si proditor
 ego patris regnique eram, si cum Romanis,
 cum aliis inimicis patris inieram consilia, nos
 expectatam fabulam noctis huius esse, sed prodi-
 tionis

CONTRARIAE.

tionis mea ante me accusatum: si illa separata
ab hac vana accusatio erat, invidiamque tuam
adversus me magis quam crimen meum indica-
tura, hodie quoque eam aut pretermitti, aut in
aliud tempus differri: ut perspiceretur, utrum
ego tibi, an tu mihi, novo quidem & singulari
genere odij, insidias fecisses. ego tamen quantum
in hac subita perturbatione potero, separabo ea
quae tu confudisti, & noctis huius insidias aut
tuas aut meas detegam. Occidendi sui consilium
me inisse videri vult, ut scilicet maiore fratre
sublato, cuius iure gentium, more Macedonum,
tuo etiam, ut ait, iudicio regnum est futurum:
ego minor in eius quem occidissem, succederem lo-
cum. quid ergo illa sibi vult pars altera oratio-
nis, qua Romanos a me cultos ait, atque eorum
fiducia in spem regni me venisse? nam si & in Ro-
manis tantum momenti esse credebam, ut quem
vellent, imposerent Macedoniae regem, & mea
tantum apud eos gratia confidebam, quid opus
parricidio fuit? an ut cruentum fraterna cade
diadema gererem? ut illis ipsis, apud quas aut
vera, aut certe simulata probitate partam gra-
tiam habeo, si quam forte habeo, execrabilis &
inuisus essem? nisi T. Quintium credis, cuius

virtute & consiliis me nunc arguis regi, cum &
 ipse tali pietate vivat cum fratre, mihi frater-
 ne cedis fuisse auctorem. Idem non Romanorum
 solum gratiam, sed Macedonum iudicia ac pe-
 ne omnium Deorum hominumq. consensum col-
 legit, per quae omnia se mihi parem in certami-
 ne non futurum crediderit: idem tanquam in
 aliis omnib. rebus inferior essem, ad sceleris spem
 ultimam confugisse me insinuat. Vis hanc for-
 mulam cognitionis esse, ut uter timuerit, ne al-
 ter dignior videretur regno, is consilium oppri-
 mendi fratris cepisse indicetur? Exequamur ta-
 men quocumq. modo conficti ordinem criminis.
 Pluribus modis se petitu criminatus est, & om-
 nis insidiarum vias in unum diem cotulit. Volui
 interdum eum post lustrationem, cum concurrimus,
 & quidem si diis placet, lustrationis die occidere.
 Volui, cum ad cenam inuitavi, veneno scilicet
 tollere. Volui, cum comessatum gladiis accincti
 me secuti sunt, ferro interficere. tempora quidem
 qualia sint ad parricidium electa, vides: lustrum,
 convivium, comessionis: quis dies? qualis? quo
 lustratus exercitus, quo interdum sam victimam
 prelati omnium qui unquam fuere Macedo-
 nia regum armis regis, duo soli tua tegentes la-

tera pater prauecti sumus, & secutum est Ma-
 cedonum agmen. hoc ego, etiam si quid ante ad-
 missem piaculo dignum, lustratus & expiatus
 sacro, tum cum maxime in hostiam itineri nostro
 circumdatam intuens, parricidium, venena,
 pladros in comessationem preparados volutabam
 in animo: ut quibus alijs deinde sacris contami-
 natam omni scelere mentem expiarem? sed ca-
 cus criminandi cupiditate animus, dum omnia
 suspecta efficere vult, aliud alio confudit. nam si
 veneno te inter cenam tollere volui, quid minus
 aptum fuit, quam pertinaci certamine & con-
 cursu iratum te efficere? ut merito, sicut fecisti,
 inuitatus ad cenam abnueres? cum autem ira-
 tus negasses, utrum ut placarem te danda ope-
 ra fuit, ut aliam quarerem occasionem, quonia
 semel venenurum paraueram an ab illo consilio
 velut transiliendum ad aliud fuit, ut ferro te,
 & quidem eo die per speciem comessationis occi-
 derem? quo deinde modo si te metu mortis crede-
 bam cenam euitasse meam, non ab eodem metu
 comessationem quoque euitaturum existimabam?
 Non est res qua erubescam pater, si die festo in-
 ter aequales largiore vino sum usus: tu quoque
 velim inquiras, qua letitia, quo lusu apud me

celebratum hesternum convivium sit, ille etiam
 (pravo forsitan) gaudio prouehente, quod in
 iuuenili armorum certamine pars nostra non in-
 ferior fuerat. misera hac est metus crapulam
 facile excusserunt: quae si non interuenissent, in-
 diatores nos sopiti iaceremus. Si domum tuam
 expugnaturus, capta domo dominum interfe-
 cturus eram, non temperassem vino, in unum
 diem non milites abstinuissem meos? Et ne eo
 me solus nimia simplicitate tuear, ipse quoque
 minime malus ac suspicax frater, nihil aliud scio
 inquit, nihil arguo, nisi quod cum ferro comesta-
 tum venerunt. si quaram unde id ipsum scieris,
 necesse erit te fateri, aut speculatorum tuorum
 plenam domum fuisse meam, aut illos ita aper-
 te sumpsisse ferrum, ut omnes viderent. Et ne
 quid ipse aut prius inquisisse, aut nunc crimino-
 se argumentari videretur, te querere ex iis quos
 nominasset, iubebat, an ferrum habuissent? ut
 tanquam in re dubia, cum id quae sisses, quod ipse
 fatentur, pro convictis haberentur. Quin tu il-
 lud quæri iubes, num tui occidendi causa ferrum
 sumpserint? num me auctore est sciente? hoc e-
 nim videri vis, non illud quod fatentur est pa-
 lam est, est sui setuendi causa sumpsisse dicunt.

380

recte an perperam fecerint, ipsi sui facti ratio-
 nem reddent: meam causam, qua nihilo facto
 contingitur, ne miscueris: aut explica, utrum
 aperte an clam te aggressuri fuerimus? si aperte,
 cur non omnes ferrum habuimus? cur nemo pre-
 tereos qui tuum speculatorem pulsarunt? si cla-
 quis ordo consilii fuit? conuiuium solito cum co-
 mesator ego discessissem, quatuor substitissent,
 ut sopitum te aggrederebantur? quomodo fefellis-
 sent, & alieni, & mei, & maxime suspecti, quia
 paulo ante in rixa fuerant? quomodo autem tru-
 cidato te ipsi euasuri fuerint? quatuor gladijs
 domus tua capi & exponari potuit. Quin tu o-
 missa ista nocturna fabula, ad id quod doles,
 quod inuidiam urit, reuerteris? cur usquam
 regni tui mentio fit Demetri? cur dignior patris
 fortuna successor quibusdam videris quam ego?
 cur sem meam, qua si tu non esses, certa erat,
 dubiam & sollicitam facis? Hec sentit Persens,
 & si non dicit: hac istum inimicum, hac accusa-
 torem faciunt, hac domum, hac regnum tuum,
 criminibus & suspicionibus replent. Ego autem
 pater, quemadmodum nec nunc sperare regnum,
 nec ambigere unquam de eo forsitan debeam,
 quia minor sum, quia tu me maiori credere vis:

22
sic illud nec debui facere, nec debeo, ut indignus
te patre, indignus omnibus. videar. id enim vitus
meis, non cedendo cui ius fasque est, non mode-
stia consequar. Romanos obvis mibi, et ea qua
gloria esse debent, in crimen vertis. ego nec obse
Romanis ut traderer: nec ut legatus mitterer,
Romam, petij. a te missus ire non recusavi. utro-
que tempore ita me posui, ne tibi pudori, ne regno
tuo, ne genti Macedonum essem. itaq. mibi cum
Romanis amicitia causa tu fuisti pater, quoad
tecum illis pax manebit, mecum quoque gratia
erit: si bellum esse coeperit, qui obse, qui legatus
pro patre non inutilis fui, idem hostis illis acer-
rimus ero. Ne hodie ut prosit mihi gratia Ro-
manorum, postulo: ne obsit, tantum deprecor.
nec in bello coepit, nec ad bellum reservatur. pax
pignus fui. ad pacem retinendam legatus missus
sum, neutra res mihi nec gloria nec crimini sit.
Ego siquid impie in te pater, si quid scelerate in
fratrem admisi, nullam deprecor poenam. si in-
nocens sum, ne invidia conflagrem cum crimine
non possim, deprecor. Non hodie me primum
frater accusat: sed hodie primum aperte, nullo
meo in se merito. Si mihi pater succenseret,
maiores fratrem pro minore deprecari oportet.

bat: te adolescentie, te errori veniam impetrare.

in eo ubi presidium esse oportebat, ibi exitum

est. E conuiuio & conestationib. prope semicom-

nus raptus sum ad causam parricidii dicendam.

sine advocatis, sine patronis ipse pro me dicere

cogor, si pro alio dicendum esset, tempus ad me-

ditagum & componendam orationem sumpsis-

sem, cum quid aliud quam ingenij fama peri-

clitaret: ignarus quid accersitus essem, te iratum

& iubentem dicere causam, fratrem accusan-

tem audiui, ille diu ante preparata, meditata

in me oratione est usus: ego id tantum temporis

quo accusatus sum ad cognoscendum quid age-

retur habui. Vtrum momento illo hora accusa-

to rem audirem, an defensionem meditarer: at-

tonitus repentino atq. inopinato malo, vix quid

obiceretur, intelligere potui, nedum satis sciam

quo modo me tuear. Quid mihi spei esset, nisi

patrem iudicem haberem? apud quem etiam si

charitate a fratre maiore vincor, misericordia

certè reus vinci non debeo. ego enim ut me mihi

tibique serues precor: ille ut me in securitatem

suam occidas, postulat. quid eum cum regnum

ei tradideris, facturum credis in me esse, qui iam

nunc sanguine meo sibi indulgeri æquum cen-

set? Dicenti hæc lachrymæ simul spiritum & vocem intercluserunt. Philippus summotis ijs, paulisper collocutus cum amicis, pronunciauit, non verbis se, nec vnius horæ disceptatione causam eorum dijudicaturum, sed inquirendo in vtriusque vitam, mores; & dicta factaq; in magnis paruisque rebus obseruando: vt omnibus appareret, noctis proximæ crimen facile reuictum, suspectam nimiam cum Romanis Demetrii gratiam esse. Hæc viuo Philippo velut semina iacta sunt Macedonici belli, quod maximè cum Perseo gerendum erat.

FINIS.